

*D. Covar. Cardin. Lug. sup. numer. 166. Salas de contractib. tract. de emptio. dub. 46. numer. 3. & communi tenendum est, quod si secundus conductor rei, quam recepit, insitit, & à primo conveniatur, poterit se defendere; quoniam etsi dominus non sit, nec proprio nomine possideat, sufficit illa detentatio, vel alii, qui in ea non est, præponatur, cum secundus conductor nullam adversus eum actionem habeat, absque qua nemo in iudicio permittitur experiri; ut asseruimus lib. 1. cap. 6. numer. 6. Secus, quando ipse, cui fuit res tradita, res concurrat cum primo conductore agens, vel ab eo petat; tunc enim superabitur ex ratione tradita, scilicet, per traditionem jus in re nullum comparavit. Ita docent Anton. Gom. d. cap. 2. numer. 20. Greg. Lop. in d. l. 50. glos. 1. post princip. Flores de Mena in addit. ad Gam. decis. 130. Marta in votis decisiv. vot. 25. à nu. 12. Hermosill. d. glos. 1. num. 3. 4. Anton. Fab. de errorib. decad. 4. error. 10. numer. 24. Bolannos sup. part. 2. lib. 3. cap. 5. numer. 6. Aug. Barbof. cum aliis, in collectan. ad d. l. quoties, numer. 7. Quod idem procedit in locatione operarum, nam ille potior erit, cui primum coeperint exhiberi, modò ab exhibitione cessatum non sit: Ant. Fab. nu. 25. Bolannos sup. c. 2. nu. 11.*

*33 Sunt nihilominus qui à communi recedunt, opinati, primum conductorem præferendum esse secundo, quanquam hic in possessione rei utique locata sit; ut Gam. d. decis. 130. numer. 1. Cevall. tom. 2. quest. 756. numer. 58. Tusch. Mozz. & Cardof. ubi proxime, quibus assentendum non est.*

*34 Ubi autem neutri res tradita est, tunc proculdubio prior tempore, potior est jure, quemadmodum in venditione observatur; Bald. in l. emptorem, col. 2. C. de locat. Molin. d. disp. 369. numer. 1. Bolannos, d. num. 6. & alii sup. At communis conclusio limitatur, quando primus conductor cum hypotheca etiam generali contraxit; qui poterit à secundo possidente rem avocare, Ant. Gabr. num. 29. Mena, Fab. gama sup. Hermos. num. 5.*

*Verf. Decimò, an sit locus.*

*35 Si quis rem vendiderit Titio, iurejurando contractum confirmans, ac deinde eandem Sempronio vendat, & tradat, Sempronius potior erit: juxta d. l. quoties, quæ etiam jurata sit prima venditio, procedit; nam etsi venditor deterius faciat violans religionem juramenti, ætus tamen, ejus naturam juramentum non immutat, subsistit, nec secundo emptori iniquitas aliena nocere debet. Ita docent D. Covar. de sponsalib. part. 1. cap. 5. in princip. numer. 10. Molin. sup. numer. 10. Anton. Gom. ubi proxime, verf. Septimò principaliter, Less. d. dubit. 20. numer. 140. verf. Dico secundo, Morla sup. numer. 48. Sanch. in Decalog. lib. 3. cap. 17. numer. 17. Menoch. conf. 84. numer. 29. Rebell. de obligat. insitit. lib. 9. quest. 17. sect. 3. numer. 22. Anton. Gab. numer. 3. Mantie. sup. lib. 4. tit. 3. numer. 7. Hermosill. numer. 8. Guttier. decis. cap. 30. numer. 4. Pet. Barbof. in rubric. part. 2. numer. 85. ff. solut. matrimon. Roland. conf. 6. numer. 24. lib. 1. Aug. Barbof. sup. numer. 10. ubi alii, Disastill. nu. 266. Card. Lug. nu. 166.*

*Idem juris erit, si in venditione adjiciatur pactum de non alienando cum juramento, adhuc enim secundus emptor, cui tradita sit res præferetur: Guttier. d. numer. 4. ad fin. Ferrar. de caut. 48. numer. 2. Roland. numer. 25. 26.*

*Addit D. Covar. ubi proxime, quòd jura. 57 mentum primæ venditioni adjectum operabitur, quòd prior emptor possit se opponere, ne res sibi vendita alteri tradatur, quòd absque juramento non liceat, ut sentiunt Bald. in cap. 1. numer. 3. tit. quid sit investit. in usib. feud. Jaf. in d. l. quoties, numer. 3. Anton. Gom. sup. verf. Quintò, principaliter, Matienç. in lib. 7. glos. 6. numer. 24. tit. 11. lib. 5. Recopilat. quos refert, & sequitur Hermosill. numer. 19. Nihilominus D. Covar. asserionem æquissimam, ac probabilem credo, nedum juramento interveniente, sed etiam eo secluso, præmissa communi sententia, quam sup. cum D. Covar. probavimus, numer. 14. nam cum venditor teneatur præcisè ex vi contractus ad rem tradendam, etsi validè secundo alienet, inique facit, & malitiis hominum indulgendum non est, sed obviandum; l. in fundo 39. ff. de rei vendicat. maxime cum contractus sit bonæ fidei, in quo potius attendendum est, quòd bonum sit, & æquum, quam juris stricta observatio, sub qua solet perniciosè errari, ut ait Confulsus in l. si servum 91. §. Sequitur, ibi: Esse enim hanc questionem de bono, & æquo, quo in genere plerumque sub autoritate juris scientiæ perniciosè erratur, ff. de verb. obligat. Nec assequor rationem, propter quam primus venditor agere non possit, ut sibi fides servetur, & ut præferatur secundo emptori, quo potior est jure.*

*Nec satisfacit, quòd tradit Anton. Gom. 58 sup. nam etsi venditor per secundam alienationem dominium, sequuta traditione, transferat, id illicitè facit, & juris naturalis, & civilis observationem violat, dum fidem frangit & idèd punitur, ut statim dicemus; secunda enim venditio, & alienatio, est ex illis, quæ etsi prohibeantur fieri, facta tenent, ut plurima alia in jure reperiantur, l. patre furioso 8. ff. de his, qui sui, vel alien. jur. sunt, ubi notatur, alioqui nullam pœnam mereretur, si jure permittente venderet; l. Gracchus 4. C. ad leg. Jul. de adulter. Undè primus emptor audiendus erit, si, ut jus suum teneatur, petat, ut per Judicem secunda alienatione prohibita, sibi, qui potior est, res tradatur, ut fraus venditoris evitetur.*

*Alium effectum juramenti tradit ibidem D. 59 Covar. dicit. numer. 10. scilicet, quòd emptor primus extrajudicialiter venditorem interpellat, & sic à venditione, vel traditione futura ad Judicem Ecclesiasticum appellet, cujus forum ratione juramenti secularis fortitur, cap. fin. de for. compet. in 6. Quo fiet, ut alienatio, tanquam appellatione pendente, sit nulla cap. bonæ memoria 51. de appellat. de quo per D. Covar. practicar. cap. 24. numer. 5. Ampliari enim extrajudicialiter à futuro gravamine potest, Sigismund. Scaccia de appellat. q. 5. n. 115.*

*Ad præmissorum intelligentiam, & decis. lib. quoties, declarationem, nonnulla pro corone addere opus est. Primò, decisionem decis. lib. quoties, & quæ circa eam dicta sunt, locum habere, etsi venditor dominus non sit rei venditæ, l. si ve autem 11. §. Si duobus, ff. de publician.*

*blician. in rem. act. Ant. Gom. d. n. 20. verf. Tertio, principaliter extende, Greg. Lop. in d. l. 50. ubi textus glos. 6. tit. 5. part. 5. Anton. Gab. d. conc. 2. n. 9. Sed si à divorsis non dominis duo emerint, ille præferatur, qui possidet, cum de re in iudicio experitur, d. §. Si duobus, Aliquando tamen solet interesse, an dominus sit, qui duobus vendit, vel non, ut videbis sup. n. 42. & 43.*

*Secundò, quòd si res vendatur Cajo sub conditione, ipsique tradatur, non ut statim ejus fiat, sed adveniente conditione, posteaque eadem Sempronio purè vendatur, & tradatur; etsi conditio postea advenerit, Cajo succumbet, nec est retrotractioni locus: Aug. Barbof. in collectan. ad d. l. quoties, nu. 26. & faciunt quæ sunt sup. n. 7.*

*61 Tertio, vendentem rem eandem duobus, crimen committere, & pœna falsi coerceri, l. 7. tit. 7. part. 7. ubi Greg. Lop. Molin. d. disp. 369. n. 2. in fine. Cæterum cum stellionatus reum fieri, atque ita pro ludicis arbitrio puniendum, docent latè Menoch. de arbitrar. lib. 2. cap. 381. ex n. 7. Farinac. in prax. crimin. q. 150. de falsitat. & simulat. n. 219. cum seqq. qui multipliciter limitant, & inter alias illa est insignis limitatio, quòd si emptor tempore debito pretium non solvat, sicebit venditori rem venditam alii distrahere, quòd prætur eos adnotarunt Gratian. disp. c. 523. ex n. 5. Surd. decis. 220. n. 16. 17. Hermosill. d. glos. 1. n. 45. Cancer. variar. part. 1. cap. 13. numero 6. ubi ampliatur, etsi res emptori tradatur, August. Barbof. numero 28. quo casu, posterior emptor etiam absque traditione præponatur priori, quia à primo contractu recessum est ob ejus culpam.*

*62 Præterea non incurret pœnam vendens duobus rem eandem, si per errorem id faciat, existimans secundum emptorem esse illum, cui prius vendiderat, quia in dilectis non inspicitur eventus, sed voluntas; l. Divus 14. ff. ad leg. Cornel. de sicar. quem casum proponit Gregor. Lop. in dict. leg. 50. glos. 1. post princip. docens non esse locum dict. leg. quoties, si venditor eo errore ductus rem iterum vendat, & tradat alteri, putans primum emptorem esse; opinatur enim, non obstante traditione potioris esse, qui primò contraxit: (De qua limitatione potest dubitari, nisi dolo secundi emptoris venditor deciperetur, qui cum causam contractui dedisset, nulla esset venditio, leg. eleganter 7. ff. de dol. ex quo jus in re nunquam doloso quæsitum est, ut primo, qui validè emit, præferatur;) nec enim error ille circa personam emptoris irritat venditionem, cum non veretur quoad substantialia contractus, etiam si aliàs venditor non esset contracturus, Sanchez de matrimonio. tom. 2. lib. 7. disputat. 18. numero duodecimo Franc. de Lug. in princip. Moralib. part. 2. cap. 5. quest. 1. num. 1. Guttierrez de matrimon. cap. 89. num. 2. Atque ita videtur dictæ legi, quoties, locus esse, ut posterior emptor præferatur.*

AD CAPUT XX. ET ULTIM.

De Immunitate Ecclesiastica.

SUMMARIUM.

- 1 DD. de immunitate agentes.
  - 2 Immunitatis etymologia.
  - 3 Quotuplex sit.
  - 4 Immunitatis violator habetur, qui Ecclesiasticorum exemptiones infringit.
  - 5 Inter immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam discrimen.
- Faria addit, ad Covar. Tom. I.*

- 6 Immunitas Ecclesiæ quoad tuendos reos definitur.
- 7 Jus Divinum duplex.
- 8 Immunitas an sit de jure Divino? ad n. 15.
- 16 A quo tempore capit.
- 17 De civitatibus refugii Hebræorum, & n. 18.
- 19 Principum secularium constitutiones ad Ecclesiasticarum immunitatem præcisè non desiderantur.
- 20 De Aylis Gentilium; usque ad n. 23.
- 24 Quoad immunitatem cui juri standum sit.
- 25 Ut Ecclesiæ gaudeat immunitate, solùm requiritur, esse Episcopi autoritate constructum, n. 26.
- 27 Ecclesiæ incepta, vel destructa, quando gaudeat immunitate?
- 28 Polluta, & interdita gaudet.
- 29 Quid de ea, quæ est apud Infideles?
- 30 Circa immunitatem quid possit consuetudo? Et n. 31. 32.
- 33 An Bulla Gregorii XIV. consuetudines contra immunitatem sint sublata?
- 34 Utrum immunitas sit coarctanda? ad n. 37.
- 38 Ecclesiæ gaudet immunitate, etsi in ea sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum continèd non servetur.
- 39 Quid nomine Ecclesiæ quoad immunitatem contineatur? ad num. 52.
- 53 Confugiens ad Sacerdotem portantem sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, vel Extremam Unionem, an immunitate juvetur? & n. 54.
- 55 Regulariter rei quorumcumque criminum Ecclesiæ immunitate juvantur.
- 56 Occidens proditorie, immunitate est indignus, & quid de vulnerante? ad n. 75.
- 62 Clericus proditorie occidens non est degradandus, ad num. 64.
- 65 Clericus secularis Majestatis reus num sit degradandus?
- 74 Inferens proditorie atrocem injuriam an dignus immunitate sit?
- 76 Homicida deliberato animo, vel non ex proposito occidens absque proditioe, an immunitate juvetur? ad num. 79.
- 80 Raptores virginum gaudent immunitate: & n. 81.
- 82 Assassini non juvantur immunitate, de quo latissime.
- 103 Pœna cap. 1. de homicid. in 6. an comprehendant, quos hodie assassinos vocamus?
- 104 Assassini qui fuerint.
- 105 Summus Pontifex an possit pœnas imponere temporales laicis, qui ejus jurisdictioni temporali subiecti non sunt? 106.
- 107 Pœna cap. 1. de homicid. in 6. Imperatorem, Cardinales, & Archiepiscopos comprehendunt.
- 110 Diffidatus quis dicatur, & an possit occidi licitè à patre, filio, vel fratre?
- 111 Princeps Ecclesiasticus absque irregularitatis periculo condere potest legem irrogantem pœnam sanguinis, sed non ferre sententiam mortis, aut mutilationis in aliquem ubi & alia quem: ubi & alia huc spectantia de Confessorio, Doctore, scribente, & similibus.
- 113 Homicida assassini pœna.
- 119 Excommunicatus immediate non privatur.
- 120 Idem est de interdito.
- 121 Quid de Infidelibus? ad num. 124.
- 125 Quid de Hæreticis? ad num. 127.
- 128 Qui ad Ecclesiam confugit, justitiæ ministris eum persequentibus, immunitate gaudet.
- 129 Reus, qui captus ducitur per Ecclesiam immunitate non juvatur. Idem est de muliere in Monasterio carcerata.
- 130 Reus fugiens à manibus satellitum, aut per vim ab aliis ereptus, immunitate gaudet: & n. 131. & 132.

- 133 Item effractor carceris.
- 134 Quid de damnato ad trivemes, vel in metallum, n. 135.
- 136 Immunitatem an gaudeat, qui, juramento prestato de redeundo ad carcerem, ab eo exivit.
- 137 Extravag. Ambitiosa, series refertur.
- 138 Depopulatores agrorum immunitatem privantur: ad nu. 140.
- 141 Item publici latrones, & quid de furibus? ad n. 145.
- 146 Reus lese Majestatis immunitate non juvatur.
- 147 An ob casus similes expressis in jure immunitas denegetur? n. 148.
- 149 Debitores an sint in Ecclesia tuti? ad nu. 160.
- 161 Committens in Ecclesia, aut propè eam delictum, quando immunitate privetur, ad nu. 100.
- 185 Qui exiens ob crimen sub Ecclesia tutela exit ad delinquendum, immunitate redditur indignus.
- 186 Contrectans rem furto ablata in Ecclesia, utrum privetur immunitate, & quid de furante in Ecclesia? ad nu. 190.
- 189 Reus ad locum delicti est remittendus.
- 190 Quid de fure?
- 191 Clericus an immunitate Ecclesiastica defendatur? ad nu. 194, 199.
- 195 Clericus ex quibus delictis traditur Curie seculari? ad nu. 198.
- 200 Mandans fieri delictum exceptum immunitate non privatur.
- 201 Reus intra Ecclesiam existens, quando possit alibi, vel custodiri.
- 202 Non potest ad aliquam penam corporalem damnari.
- 203 Quid possit Iudex laicus quod bona ejus, qui est in Ecclesia ob delictum, & n. 204.
- 205 Ecclesia, ubi est delinquens immunitate gaudens, custodes apponere non licet, ut illi exhiberi alimenta non possint; de quo ad nu. 208.
- 209 Apprehendens vestem, vel ferram janua Ecclesie, gaudet immunitate.
- 210 Projiciens se ex loco privato in locum immunem, si capiatur antequam terram tangat corpore immunitatem obtinet.
- 211 Quid de eo, qui ab Ecclesia per partem vestis extrahitur?
- 212 Quid si extrahatur per partem corporis?
- 213 Iudex laicus an possit propria autoritate reum ab Ecclesia evellere? ad n. 15.
- 216 Iudex laicus punire valet delictum in Ecclesia à laico commissum.
- 217 Item & Ecclesiasticus ob sacrilegium.
- 218 Confugiens ad Ecclesiam cum armis vetitis, gaudet immunitate, & an arma à seculari Iudice auferri queant? ad nu. 222.
- 223 Armorum usus vetitus? & nu. 224.
- 225 Iudex laicus an valeat exigere à Clericis penam propter armorum prohibitorum delationem.
- 226 Quid servetur in Gallia?
- 227 In Hispania Iudices laici Clericos armis spoliant.
- 228 Clericus exercens venationem prohibitam an possit per iudicem secularem instrumentis spoliari? nu. 229.
- 230 Quid in Gallia circa extractionem reorum ab Ecclesia observetur.
- 231 Immunitati Ecclesiasticae an possit quis renuntiare? nu. 232.
- 233 Ecclesia ante omnia debet restitui in causa immunitatis, si spoliatur, etsi reus crimen exceptum admiserit.
- 234 Utrum violetur immunitas Ecclesiastica, si reus

- volens intra locum sacrum capiatur.
- 235 Aliquando licet armis immunitatem Ecclesiasticam tueri.
- 236 De penis violentium immunitatem, remissive.
- 237 Quis iudex sit competens in causa immunitatis.
- 238 Concedere facultatem extrahendi reum gaudentem immunitate, nullus nisi Pontifex potest.
- 239 Oratoria an immunitatem habent? an tribune, & palatia Principum secularium?
- 240 Reus non legitime evulsus ab Ecclesia, num sit eidem loco sacro praesens reddendus.

**D**E immunitate Ecclesiarum quatenus Alysia delinquentibus extant, plenissimam exhibent cognitionem Pat. Suarez de Religio. tom. 1. tract. 2. lib. 3. de reverent. debitor. loc. sacris, c. 8. cum seqq. Farinac. de immunit. Bonac. in summ. tom. 3. disp. 2. q. 3. punct. 16. Decian. tract. criminal. tom. 2. l. 6. c. 25. Dian. resol. moral. part. 1. tract. 1. & part. 3. tract. 1. & part. 4. tract. 1. resol. 40. cum aliis, & part. 6. tract. 1. Anastas. Germon. de sac. immunit. Thom. Delbene de immunit. Eccles. tom. 2. c. 16. Jul. Clar. in prax. crimin. §. fin. q. 30. Bobadill. in politic. tom. 1. lib. 2. c. 14. Pelizz. in manual. Regul. to. 2. tract. 8. c. 1. omisiss pluribus, quos congerit Barbof. in collect. ad titul. de immunit. Ecclesiar. in rubric.

Ad Num. 1.

Immunitas dicitur, quasi munus non exhibens, aut onus non supportans, Delbene sup. to. 1. c. 1. dub. 1. n. 1. Vel potest dici, quasi non communis, quoniam extra leges communis est, sic privilegia Ecclesie immunitatem Ecclesiasticam nuncupamus.

Ibi: Sic immunitas Ecclesiastica.

Cum Ecclesia quavis Ministros, bona & materiale aedificium, sive templum habere noscat, singulis his rebus pro cuiusque natura diversae, nec paucae, praerogativae competunt, quae immunitatis, sive libertatis Ecclesiasticae nomine significantur; sic haec dividitur in personalem, realem, & localem, ut observat Delbene ubi proxime, n. 9. Bonacin. dict. tom. 1. disp. 1. question. 16. punct. 1. n. 2. Compend. Dian. verb. Immunitas, in princip. ubi additur alia, quae actionalis vocatur. Haec immunitas in genere nihil est aliud, nisi emptio Ecclesiae ab oneribus, operibus, aut usibus ejus dignitati, vel sanctitati repugnantibus, Suarez dict. c. 8. n. 1. Bonacin. dict. disp. 2. q. 3. punct. 16. §. 1. nu. 2. Aliter definit Delbene dict. dub. 1. n. 2. qui immunitatem esse ait, jus quo locares, vel personae Ecclesiasticae à communi onere, aut obligatione exempta sunt.

Neque id temerè admonemus.

Indubitati juris est, penas violentium immunitatem Ecclesiasticam contrahere, qui Ecclesiasticorum exemptionem, & libertatem infringunt, quare in Bulla Cane canon. 18. pena excommunicationis irrogatur in illos, qui personas Ecclesiasticas gravaverint directe, vel indirectè: & can. 15. 19. Similiter puniuntur, qui easdem ad forum seculare trahere praesumunt, aut trahi, directe, vel indirectè procurant de quibus Delbene d. c. 1. dubitat. 4. sect. 1. & c. 8. Bonacin. dict. quest. 16. à princip. & sect. 2. punct. 2. n. 1. cum aliis & q. 19. per tot.

Ibi: Tametsi Caietanus verb. Immunitas.

Quod inter immunitatem, & libertatem Ecclesiasticae

fica haec versetur differentia; ut prima, ad Ecclesias ipsas; secunda, ad Ecclesiasticos referatur, cum Caietano opinantur Farinac. supra, cap. 1. n. 3. Marius Italia de immunitat. lib. 1. cap. 6. à n. 6. Sed inter illas nullum esse discrimen, sed promiscue ea nomina usurpati D. Covarruv. adherentes asserunt Peregrin. eodem tractat. cap. 2. n. 4. Bonacin. supra, d. q. 3. punct. 16. §. 1. nu. 2. ubi testatur sic in Bulla Gregorij XIV. observatum esse. Illud tamen verum est, quod per antonomasiam verbum immunitas pro exemptione Templorum accipitur, ut advertit Suarez ubi proxime.

Ibi: Nos verò hoc in capite.

6 Omnia cum Domin. Covarruvias ea immunitate, sive libertate Ecclesiastica, quae ad personas, & bona spectat, de qua latissime, ac novissime Delbene qui duo edidit volumina, Bonacin. d. q. 16. cum sequentibus August. Barbof. de jur. univers. Ecclesiastic. l. 1. cap. 39. Dian. part. 1. tractat. 2. per tot. agendum est duntaxat de immunitate, qua fruuntur delinquentes, qui ad Ecclesias, vel alia pia loca confugiunt; haec autem definitur, quod sit Privilegium locis sacris concessum, ut omnes ibi existentes exempti sint à laica potestate, nec inde aliquis intuitus extrahatur; Bonacin. dict. qu. 3. punct. 16. §. 1. nu. 1. Pellizzar. dict. cap. 5. sect. 1. n. 1. Remig. de Gonni de immunit. Ecclesiastic. n. 3. Praeter quod privilegium, alia Ecclesie materialibus competunt, quae omnia sub immunitate locali continentur, ut notat & explicat Suarez dict. capit. 8. ex n. 3.

Ad Num. 2.

7 Est supponendum cum Suarez supra, à num. 9. jus divinum aliud esse naturale, quod scriptum est in humanis cordibus, ut Deum colere, parentibus obedire, liberos educare, & alere, leg. veluti 2. ff. de justit. & jur. §. Jus naturale, Instit. de jur. natur. gent. & civil. & aliud positivum à Deo scilicet per exteriorem aliquam legem institutum, ut ex veteri, & novo Testamento apparet.

8 Immunitatem Ecclesiarum non esse de jure naturali, sive divino, probatur ex eo efficacissime quod delinquentes à Templis per vim extrahere, modò in contemptum domus sacrae non fiat, intrinsecè malum non est, nec aliqua irreverentia committitur seculo jure positivo, ut constat ex eo, quòd in casibus permissis per talem extractionem nihil irreverenter agi censetur. Unde apparet, hoc non esse prohibitum, quia malum, & juri naturae contrarium, sed malum quia prohibitum. Praeterea actio illa extrahendi reos invitos non est injusta, nec indecens in tali loco praesertim necessitate urgente, ne delicta maneant impunita, nec locus ipse ex vi suae consecrationis peculiare jus acquirit ad tuendum illuc confugientes, nisi ab aliquo habente potestatem concedatur; ex solo autem jure naturali non invenitur principium, ex quo constet illi concessum, neque interest, quod de jure hoc sit Deum colere, cum non similiter ex ipso apparet, hoc genus cultus esse tributandum, quibus rationibus ubi ita cum Dom. Covarruv. tenent Suarez ubi proxime, Bonacin. dict. punct. 16. §. 2. num. 2. Delbene d. cap. 16. dubitat. 2. ex n. 2. quibus accedunt Decian. cap. 25. num. 2. Filliuc. tract. 15. c. 6. quest. 8. nu. 149. Peguera in prax. criminal. cap. 26. num. 1. Fagundez praecip. 2. lib. 4. cap. 4. num. 2. Guazz. de defension. reor. defension. 1. cap. 29. n. 2. Pereira de manu Regia. part. 2. cap. 50. n. 1. Becan. in analog. nov. & veter. Testament. capit. 19. n. 9.

Bobadill. dict. cap. 14. num. 3. In quo omnes ferè conveniunt; nam etsi plures sentiant immunitatem eam esse de jure divino, intelligunt de positivo ex legis veteris praeepto, non de naturali, Gutierrez tamen practicar. lib. 1. cap. 1. n. 9. Lotter. de re beneficiar. lib. 1. quest. 13. num. 77. opinantur esse de jure naturali, quia omnes gentes Templis veri Dei, vel falsorum numinum hujusmodi immunitatem concesserunt: ex quo solum probatur esse de jure gentium secundario Domin. Covar. hic agit de jure naturali, seu divino, quod gentium solet nuncupari, sumpta denominatione ab illis qui eo uruntur, leg. 1. §. ultim ff. de justit. & jur. proprie verò dicitur naturale à natura, vel divinum à Deo conditore, d. l. 1. §. jus naturale, §. sed naturalia, ibi: divina quadam providentia constituta, Instit. de jur. natur. gent. & civil. Gentium à gentibus, quae illud constituerunt, §. jus autem gentium, Inst. eod. quis jus denominari aebet à constituyente, à quo vim obligandi, & auctoritatem obtinet, d. §. sed & naturalia. Haec dixisse sufficiat; ut satisfiat illis, qui D. Covarr. impugnant, jus gentium cum naturali confundentes. Nam etsi jus gentium soleat naturale secundarium appellari, id minus proprie; & docendi gratia dicitur.

Nihilominus diffidendum non est, quin juri naturae valde sit consentaneum, hanc reverentiam hominibus sacris, ubi Divina colitur Majestas exhiberi; atque ita de jure naturali quodammodo dici potest, ut advertunt Delbene ubi proxime, num. 6. Bonacin. sup. vers. Dixi in propositione, qui vers. seq. probabile reputat, quòd immunitas de jure naturali, & divino sit, saltem in genere. Id verò extra dubium est, quòd supposita lege positiva, juri naturali contravenitur, quoties immunitas Ecclesiarum violatur per extractionem delinquentis; quoniam jus illi legitime quaesitum auferitur; ut observat Suar. ubi sup. quemadmodum adversus jus naturae faceret, qui rem ufucapione comparatam domino auferret, quamquam ufucapio de jure naturali non sit, sed civili, l. unic. C. de usucap. transformand. §. 1. Instit. de usucapion. Adde dicta infra, nu. 14.

Vers. Secunda conclusio.

Est non levis controversiae, an immunitas Ecclesie Christianorum concessa juris divini positivi sit? Et omnia ea, quae prospicit personis, & bonis; de qua fuse post alios Delbene tom. 1. cap. 1. dubit. 2. Dian. part. 1. tract. 2. resolut. 1. quoad illam quae ad tuendos delinquentes attinet, est affirmativa communis sententia, quam sustinent Gonni supra, n. 5. Cavalcan. de brach. Reg. part. 2. n. 31. Dian. supra, part. 4. tract. 1. resolut. 44. Germon. l. 3. cap. 56. n. 3. Guttier. supra, n. 8. Farinac. c. 1. n. 9. Mariuc. Italia, l. 1. cap. 2. Cardinal. Tusc. lit. 1. conclusio. 59. n. 1. Cened. Canonic. question. q. 42. n. 6. Chartar. crimin. dec. 46. n. 34. & alij, qui, ut norant Abulenf. sup. Jos. c. 20. q. 7. & Suar. d. c. 8. n. 11. maximè moventur ex eo, quod in lege veteri Templum Domini fuit ad illud confugientibus Asylum à Deo constitutum, ut colligitur ex illo Exodi 21. vers. 13. Constituum tibi locum, in quem confugere debeas. Reg. lib. 3. c. r. versicul. 51. & cap. 2. vers. 28. ex quibus constat Adoniam, & Joab in Templi Tabernaculum se recepisse, ut Salomonis imminentam vindictam fugerent. Ad idem probandum alia sacra testimonia faciunt adducta per Decianum ubi proxime. Unde putant quod sicut tunc immunitas erat juris divini, ita & hodie ad illud pertineat.

Sed oppositum jure defendunt Suarez sup. n. 10. 11. Lotter. d. question. 13. n. 77. Delbene, Bobadill. I i 4 Decian.